



## PROOEMIUM.



**C**irculationem sanguinis, seculi praesentis, imo aetatis propemodum nostrae inventum esse, uti vix quisquam dubitat: ita si illi, qui HIPPOCRATI quoque, & iuxta eum aliis successoribus eius, eandem notam fuisse arbitrantur, de aliqua solum opinione, & quod, ut loquimur, suboluerit tale quiddam his viris, intelligunt, facile largimur; sin autem de magis exquisita notitia, & accuratiore scientia id intelligant, tantum abesse putamus, ut id evinci possit, ut potius vel hodiernam adhuc circa hoc negotium difficultatem, quenquam, attentius talia pensitantem, diffeffurum esse coniiciamus.

Quantumvis enim satis in sensus incurrere videatur, motus huius veritas & usus eximius: illa quidem